



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Partitio negotiorum inter Cancellarium, & substitutos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

rios, qui non sint extra Cancellariam, recipi inhibitiones, quæ à Curia Romana, vel à Iudicibus ab ea delegatis emanant ad ipsum Archiepiscopum, & Vicarios; & appellationes extrajudiciales, si quæ aliquando interponantur, antequam Archiepiscopus aliquid iudicialiter contra appellantem egerit; vt puta citando, inhibendo, vel præcipiendo: tum denique si quam aliam literarum expeditionumve præsentationem aliquando Archiepiscopus, vel Vicarius generalis ex causa maluerit per alios præsentari.

Ad idem officium pertineant etiam contractus omnes, qui necessariò requirunt consensum, confirmationem, decretum, vel auctoritatem Archiepiscopalem quouis modo.

Editio in forma publica auctoritate munita actorum, & instrumentorum, ac scripturarum, quæ in Archiuo deinceps recondentur; etiam si confectæ sint ab alijs Notarijs.

Promulgatio, & denunciatio Populo omnium literarum Apostolicarum, Archiepiscopaliū etiam, quæ ad indulgentiarum concessionem pertinent, edictorum etiam, & decretorum, & alia huiusmodi; & indictiones solennes Synodorum, & aliarum huiusmodi actionum: quamquam quod ad denunciationem populo faciendam attinet, quædam ex tabella ecclesiæ Metropolitanæ, vel aliàs iussu Archiepiscopi denuncianda erunt ab Archidiacono, vel Diacono induto sacris vestibus, qui Missæ sacro tunc ministrat: aut quia minoris momenti sunt, à canonicis minoribus eiusdem ecclesiæ Notarijs appellatis.

Summaria item eiusmodi literarum, & versiones in lingua vulgari conscribendæ, & alia pertinentia ad eandem promulgationem.

Archiuū Archiepiscopalis, siue ad vsum Mensæ, & ecclesiæ ipsius Metropolitanæ, siue ad vsum vniuersæ Prouinciæ ex decretis conciliorum Prouincialium, diligens institutio, cura, & custodia.

Indictio Clero, populo ve omnium rerum agendarum.

Conuocatio processionum, & congrega-

tionum variarum coram Archiepiscopo, præfectis, Vicarijs, & alijs eiusmodi ministris habendarum.

Item conuocatio examinatorum.

Notatio in certis libris actorum quotidianarum congregationum variarum, quæ fiunt coram Archiepiscopo, & Vicario, aut Præfectis generalibus; & aliorum, vt opus fuerit; præsertim quæ de rebus grauioribus sunt.

Promotio item, tum maximè apud Archiepiscopum, & Vicarium, & Visitatores, præfectos ve generales, tum apud alios etiam fori ministros, omnium rerum, quæ statis anni temporibus ab illis agenda sunt pro bono regimine huius ecclesiæ; tum vniuersæ, vt puta promulgationes literarum Apostolicarum, & decretorum, & edictorum Archiepiscopaliū, indictiones Synodorum, edicta sacre ordinationis, literæ Pastoralis ad populum, visitationes vrbis diocesisque, vt exactio rationum à locis pijs, edictio instructionum generalium, pro ratione variorum temporum; vt in litanijs, in Quadragesima: tum etiam sigillatim, vt collecta memorialium ex libris Cancellariæ pro instructione cuiuscunque visitatoris, cum profecturus est ad visitationem, concessio, confirmatio, renouatio, vel reuocatio literarum patentium, & facultatum, cum opus est, visitatio carcerum, missiones variæ per Diocesim, campanæ, altaria, ecclesiæ ve consecrandæ, & eiusmodi.

Promotio item in congregatione consultationis causarum, expeditiones, maximè criminalium, & relictorum piorum, vsurpationum ecclesiarum, quæ præsertim tractentur ex officio.

Partitio negotiorum inter Cancellarium, & substitutos.

Cancellarius adiutus etiam à duobus superscriptis substitutis, det operam omnibus expeditionibus, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis.

Ipsè Cancellarius per se recipiat quæcunque acta, præsertim grauiora, pertinentia ad ipsum Archiepiscopum; vt puta.

Sacras ordinationes.

Indi-

Quæ à sole
Cancellario
præstantur.

Indictiones, celebrationes, & promulgationes subileorum, Indulgentiarumque plenariorum, Synodorum, ac aliarum eiusmodi grauium rerum.

Consecrationes ecclesiarum, & altarium, praesertim insignium, quae in Ciuitate fiunt.

Recognitiones item, & translationes solennes reliquiarum sacrarum ubique faciendas.

Alia denique eiusmodi.

Quae à sub-
dit.

Ceteri actus, & instrumenta voluntaria iurisdictionis potissimum per dictos duos substitutos nomine Cancellarij recipiantur, nisi quae Archiepiscopus, vel Vicarius generalis, ob rerum grauitatem, aut Illustrissimi personarum dignitatem, aliamve causam, ipsum Cancellarium per se recipere iusserit.

Quae à No-
taris.

Quae vero sunt contentiose iurisdictionis in causis civilibus, & criminalibus, recipiantur Cancellarij nomine per Notarios substitutos, nisi ex causa ut supra aliquando alius Archiepiscopus iusserit, vel Vicarius generalis.

Quae ab a-
lijs sunt. Cā-
cellarij no-
mine facta
censeantur.

Ita vero quaecumque ad Cancellariam pertinentia omnia fiunt sub nomine ipsius Cancellarij, ut licet recipiantur à substitutis, censeantur omnia ab ipso recepta, & de illis quorum rogatus sit ipse rogatus.

In subscrip-
tionibusque hoc idem ser-
uetur, ut semper fiant nomine Can-
cellarij.

In subscriptionibusque hoc idem seruetur, ut semper fiant nomine Cancellarij.

Nullus verò ex Notarijs substitutis sub-
scribat alicui actui voluntariae iurisdic-
tionis, sed solus Cancellarius, nisi sit
absens, aut ægrotet, aliave causa ab Ar-
chiepiscopo probata impeditus; aut
ille actus fiat, non ab Archiepiscopo,
nec à Vicario generali, sed ab alio in-
feriori ministro; quibus casibus subscri-
bat Notarius substitutus, sed nomine
Cancellarij ut supra.

Cancellarius
quo subscri-
bit.

Nullus verò ex Notarijs substitutis subscribat alicui actui voluntariae iurisdictionis, sed solus Cancellarius, nisi sit absens, aut ægrotet, aliave causa ab Archiepiscopo probata impeditus; aut ille actus fiat, non ab Archiepiscopo, nec à Vicario generali, sed ab alio inferiori ministro; quibus casibus subscribat Notarius substitutus, sed nomine Cancellarij ut supra.

Cancellarius in actibus publicis ad fauorem partis, & in omnibus iudicialibus, & contractibus, subscribat se semper nomine Notarij, & Cancellarij.

In alijs sufficet nomen Cancellarij sine expressione nominis Notarij.

Apponat ubi necesse erit, semper Notarij signum.

Subscriptio autem sit in hanc formam.

N. Notarius, & Cancellarius Archiepiscopalis, vel, N. Cancellarius Archiepiscopalis.

Notarij autem substituti subscribant in hanc formam.

Pro Cancellario Archiepiscopali N. Notarius substitutus.

Quicumque Notarius substitutus Instrumentum ad Cancellarium pertinet, suo, non Cancellarij nomine receperit.

Qui item Instrumentum ad Cancellarium pertinet, suo nomine ediderit, licet non publica auctoritate munitum;

Qui ex sua breuiatura in substantialibus aliquid mutauerit; Qui Instrumentum nomine Cancellarij receptum superferit: ij omnes, & singuli, ultra poenam falsi, ac alias poenas quas de iure incurrunt, eò ipso officio Notarij sint privati, ac perpetuò ad illud exercendum inhabiles.

Qui instrumentum nomine Cancellarij receptum, eiusve breuiaturam Cancellario consignare malitiose distulerit; aut ex negligentia culpave instrumentum, aut breuiaturam amiserit; ultra refectionem damnorum propterea parti illatorum, arbitrio Archiepiscopi seuerè puniatur.

Cancellarius ipse interfit frequentioribus Cleri congregationibus coram Archiepiscopo, aut Vicario generali habendis; ceteris verò alijs ex substitutis, pro ratione materiae tractandae, & congregationis habendae.

Capita in
quibus nota-
rij puniendi
sunt, si deli-
querint.

Cancellarius
quibus cogre-
gationibus
interfit.

Partitio negotiorum inter substitutos.

O mnes, & singuli Notarij substituti, & scriptores Cancellario in omnibus pareant, Cancellarijque officijs dent operam in omnibus causis, actibus, & negotijs indistinctè, ut illis iusserit Cancellarius.

Ipsae verò Cancellarius partratur illis negotia, vel generatim, vel sigillatim; idque, vel per sortès, vel re communicata cum Vicario generali, vel alijs, ut opus erit, pro conditione causae requirementis maiorem industriam, vel alia ratione; & ubi à Vicarijs extraordinariè requiratur de aliquo substituto idoneo pro ratione negotiorum causarumve ad quas adhibendus est, provideat de

Nota-